Andreas Maro Brixianus.

Cuius opus dic musa? meum est, octoq; sororum.
Vestrum? cur datus est Poliphilo titulus?
Plus etiam a nobis meruit communis alumnus.
Sed rogo quis uero est nomine Poliphilus?
Nolumus agnosci. cur? certum est ante uidere
An diuina etiam liuor edat rabidus.
Si parcet, quid erit? noscetur. sin minus? haud uos
Dignamur uero nomine Poliphili.

O q̃ de cunctis fœlix mortalibus una es
Polia, quæ uiuis mortua, sed melius.
Te dum Poliphilus somno iacet obrutus alto,
Peruigilare facit docta per ora uirum.

POLIPHILI HYPNEROTOMACHIA, VBI
HVMANA OMNIA NON NISI SO-
MNIVM ESSE OSTENDIT, AT
QVE OBITER PLVRIMA
SCITV SANEQVAM
DIGNA COM-
MEMO-
RAT.
***
*